

1524. ię A. Februarij

Legationes Danicae

Edictis Fovici 33

Mandatum ad fœdus inter Polonia et  
Dania reges conficiendum, et ducis Ma:  
gnopolensem et Pomeranie.

10

Sigismundus Dei gratia rex Polonia etc: Ma:  
nifestum facimus tenore presentium universis,  
quia nos cognoscentes propensionem et affectum  
serenissimi principis domini Fridenci electi rex  
gis Dacie etc: et illustrium principum et do:  
minorum Henrici Mackelborgensis, et Georgii  
Pomeranie ducum, amicitiam et coniunctionum  
nobiscum ineundi, habentesque rationem affini:  
tatis que nobis cum ipsorum dominationibus  
intercedit, ac eam novis fœderibus et coniun:  
ctionibus augere et firmare volentes, ad com:  
mune bonum et statum tam nostrum, quam eti:  
am regnorum et dominiorum nostrorum, desi:  
gnavimus ad civitatem nostram Gdamsensem  
commissarios et oratores nostros, videlicet reve:  
rendissimum etc: consilianos nostros sinare no:  
bis dilectos, quibus plenam potestatem et faul:  
tatem dedimus, damusque presentibus, cum ora:  
tionibus ipsius serenissimi domini electi regis  
Dacie et predictorum principum, de amicitia,  
fœdere et coniunctione, inter nos regnaque et  
dominia nostra agendi, tractandi et concludendi.  
Promittentes in verbo nostro regio totum id, quid:  
quid per illos actum, tractatum et conclusum  
fuerit, nos ratum, gratum atque firmum per:  
petuo

perpetuo habituros, non secus quam si nos  
ipsi coram ageremus. In cuius rei testimo-  
nium presentis literas manu nostra propria  
subscriptas, sigillo nostro communiri fecimus.  
Datum Cracovia die quarta Februarij anno  
Domini millesimo quingentesimo vigesimo  
quarto, regni nostri anno Decimo octavo.